

Puteano.

(329)

Breviore meo circuitu adires vir et amice summe, si satis intelligeres, quam sit Hugenio jucundus labor, Puteano gratificari. Ecce igitur quoniam Maximiliano tuo, nostro nunc etiam, quia non adversum nos armato, libere commendi copiam petisti. Absit, me hospite atque <sup>ac</sup> presente, quidquam illi tranquillitati detractum optimus Princeps velit, in qua te spem senectutis collocasse profiteris. De

Anagrammatismo, quae commentatus es τῶν τε μεγίστων καὶ ἐλαχίστων arbiter incomparabilis, si sunt edita, quam avidissime expecto. Vix debebas tamen me inconsulto falcem mittere in illam messem. Pridem illarum amoenitatum artifex audio, et erat circa praxin rei et theoriam quod mantissae loco suppeditanti nescio an succensusisses. Ausim dicere, in facilem fixumque ordinem me redegissem, cuius vulgo fundamenta, fortuita confusio sunt. item quoties sotini pbaet, aliquid mechanice contulisse, quo variè veloci terque et jucunde ἀναγχαρηστικῶν peritissimas promptissimasque post me relinquo. quo magis videre gestio, si quid tu doctè Trebati, qui, cum in maximis excellas, non possis non εἰ παρ᾽ ἑσῶν ἀεισβλήν. Theatri Heroici illustre

specimen, nemini hic offendiculo fuit. Non infirma, adeò gestamus pectora. Neque est longae prosapia Principum, omnium auctorum existimationem semper et ubique tueri. Τί γὰρ πᾶσα παρ᾽ ἐξ. Propere tu verò, ad umbilicum operis te et saeculo digni. Non poterat masculi et aculeati sermonis nobilissimum impetum aptius applicare quam succinctis et heroicis narrationibus, quae heroibus instar historiarum erunt.

De Romerii filiabus natu maximam vidisti me proxeneta praestantem lingua manumque mulierem. Si sororem Tessalam vidisses viduam manu quoque poltentissimam, sed formosam lingua moribusque longè suaviorem. Ingenio autem verè sublimi, mulieribus universis, viris plerisque excellentiorem, plus te debere mihi fatereris, et fatereris, si quando regiones vestras lectissima faminarum lustratura est, quod sine comitatu animi manusque meae non fiet. Plurimi enim illam facio.

facere

Facere tu non posses, si solum unum Poemationis vidisses,  
 cuiusmodi illa quotidie parit, stupendi commatis, Mi  
 Puteane curdinellimur? cur te participem non est  
 facere mille elegantiarum et amoenitatum Musicarum  
 quae mihi cum illo muliere, Barlaeo, Bossio, Hoofdio,  
 Vicosortio, Vondelio, aliisque intercedunt. Viresceres  
 nobiscum et Iuvenesceres, certe mauius deuineres. Solet  
 illa Synodus conuocari, quoties quid otij nactus sum  
 Amsterodamum Myrdanques excurrendi. Expecto eodem  
 statim ab hac expeditione. et ex synographa quidem car-  
 mine Belgico conscripta, quam absentem extorserunt,  
 cum comitatus Angliae Regiam postremo illi adesset.  
 Si fidem libero, adfuturus sum centuria una et altera, et  
 fortasse tertia epigrammatum instructus, quae in  
 gratiam tam festivi auditorii hisce ipsis chartis effudi.  
 Graecorum, Latinorum, Belgicarum, Gallicorum, Italicorum  
 etiam et Anglicorum. facitorum plerorumque et  
 splendi ead conuocentium, ut amari solent ab illa sode-  
 litate. Vide quam solliciti videndi occasiones aucupem,  
 qui in confertissima negotiarum turba auticorum  
 et militarium tam desultorie otari tento, vel nihil  
 agere. quam immani autem amoris fiducia tibi haec  
 oggannis! Desinam qua incepisti. Amor peccare audeat  
et castigari dignus est. Vale Vir Maxime et Amplissimo  
 Tulbano, cui spero meas traditas fuisse, salutem a me  
 plurimam impetti. tua vero rationem habe, quam  
 diligentissimo. In Castris Bodberg: 11X Cal. Septemb.  
 C1616 XLII.

Bannio.

Amplissimo ac Doctissimo Vir

(330)

Factum est frequentia occupationum, quas domi forisque  
 bona fide omnibus officiis praesto, quod Epistolarum  
 quas vides, tibi debitarum serinscule compos fias.  
 Habe, quod soles, benigne et candidè excusatum amicum  
 cui aut crudeliter aut inique succenseas. Aliam ecce  
 tibi telam orditur Fallos: ad humanitatem, ut praese  
 ferre videtur, longe priori illo prouior, rationumque  
 et ratiocinationum Physicarum capacior. Nouis ille  
 quidem